



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

4. De revocatione doloris venialium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

§. IV. De revocatione doloris venialium.

§. V. De proposito vitandi venialia.

15. Secundum propositum vitandi mortalitatis se extendere ad omnia omnino debet collectivè. Ad vitandi venialia, satis est diffunditive ad aliqua. Sic idem. Ratio est, quia ex una parte omnia prorsus vitare non possumus, & ex alia unum sine alio remitti potest. Alia discrimina, vel non faciunt ad nostrum institutum, vel ad duo prædicta facile reducuntur.

De Oris Confessione.

Quædam de peccatorum Confessione in
universum.

NO oportet id explicare: ita Suar.
de penit. disp. 22. sect. 9. num. 1. in fine
Sanchez. in Dec. lib. 1. cap. 10. num. 71.
Coninch. de pen. disp. 17. dub. 8. numero
69. quia peccatum est idem siue con-
fessum, siue non confessum, tempo-
risque quo crimen patratum est,
circumstantia non habet ex parte peccati, sed merè ex
parte penitentis.

2. Vnde qui generaliter confitetur, potest sine alia applicatione admiscere nova cum antiquis: etiam si id de industria ad tegendum tempus, quo peccatum committitur, non Confessario id innotescat, faciat: quia utitur jure suo, &c. Ita Henriquez lib. 2. de penit. c. 22, §. 2. in Glossa lit. D.

3. Advertotamen aliquando esse necesse ex aliqua
 speciali ratione id explicare : idque in duobus eventibus,
 ex Delugode *pen. disp. 16. sect. 2. s. 1. n. 47*. Primo,
 quando peccatum est reservatum, v. g. peccatum com-
 missum à Religioso tempore religionis foras se erit re-
 servatum : quod commissum in saeculo non erat : debet
 igitur id explicari, ut videatur an Confessarius, cui nunc
Par. II.

is Religioſus conſtitetur, juriſdictionem habeat abſol-
vendi. Secundo, quando poenitens eſt in proxima occa-
ſione peccandi: tunc enim debet explicari tempus pra-
ſens, ut ſcilicet Confeſſarius, vel illum obliget ad eam re-
movendam, vel ſi renuat, à beneficio abolitionis ex-
cludat. Aliqui tertio addunt ſi poenitens labore conſue-
tudine praſenti peccandi, debere illam explicare, ſed
probabilius eſt non obligari ad dicendam ex ſe peccandi
conſuetudinem, niſi à Confeſſario interrogetur, ut di-
citur infra hoc eodem lib. c. 3. §. 3.

4. Petes quoad primum casum. Quid si ille Religiosus confiteatur cum habente potestatem? v.g. cum Prælato? Respondeo tunc cum illud peccatum reservatum respectu talis Confessarii nequaquam sit; tacere tempus penitens profectè potest. Ita Delugo *ibid.*

5. Petes iterum quoad secundum casum: Quid si quid habeat occasionem proximam, sed vel non teneatur eam tollere, modo infra explicando, vel si teneatur, ipsemet eam tollat, seu efficaciter tollere proponat? Respondetur tunc nec obligari ad aperiendum tempus. Ita *ibid.* Si quidem ratio quamobrem obligatur, jam deficit.

76. Illud approbare non valeo, quod aliqui affirmant, posse scilicet sine peccato gravi penitentem, live ex se, live interrogatum à Confessario positive dicere illud peccatum, quod de facto nunc commisit, esse peccatum antiquum: quia nimirum (aiunt) id est mendacium de re levis, cum non sit de re necessaria ad Confessionem: id inquam, non approbo, non solum ex eo capite, quia tenemur interdum verum respondere quando à Confessario de aliquibus interrogamur, quæ quamvis non essent à nobis necessario dicenda, conducunt tamen ad nostram utilitatem, medicinamque: quale esset

A 3 aliquando